




Google











COLLECTION

DE

DOCUMENTS INÉDITS


RELATIFS A LA

VILLE DE TROYES

ET A LA CHAMPAGNE MÉRIDIONALE

PUBLIÉS PAR LA

SOCIÉTÉ ACADÉMIQUE DE L'AUBE



INVENTAIRES

DES

PRINCIPALES ÉGLISES DE TROYES



VOLUME II

TROYES

IMPRIMERIE & LITHOGRAPHIE DUFOUR-BOUQUOT

Rue Notre-Dame, 41 et 43

1893

INVENTAIRES

DES

PRINCIPALES ÉGLISES DE TROYES

PAR

M. L'ABBÉ CHARLES LALORE

MEMBRE RÉSIDANT DE LA SOCIÉTÉ ACADÉMIQUE DE L'AUBE

INVENTAIRES

DES

PRINCIPALES ÉGLISES DE TROYES

TRÉSOR DE LA COLLÉGIALE DE S[t]-ÉTIENNE DE TROYES

§ I

HOC EST INVENTARIUM RELIQUIARUM ET JOCALIUM, PALLIORUM, CAPPARUM, LIBRORUM ET ALIARUM RERUM SANCTI STEPHANI TRECENSIS IN EADEM ECCLESIA ET EJUS THESAURO EXISTENTIUM, FACTUM IN PRESENTIA DOMINI CORBELLI, CLERICI ET CURIE TRECENSIS TABELLIONIS, PER VENERABILES VIROS DOMINOS....[1], EGIDIUM, CELLERARIUM DICTE ECCLESIE, EX PARTE.... ; ....EJUSDEM ECCLESIE THESAURARII, ET HUGONEM DE VILLARIBUS EX PARTE VENERABILIUM VIRORUM.... DECANI ET CAPITULI ECCLESIE SANCTI STEPHANI TRECENSIS.... [1319-1320.]

IN THESAURO MAGNO PREFATE ECCLESIE

1. Primo repertus fuit calix aureus, cum patena aurea gemmis ornata, in quo deficiunt, videlicet : in

---

[1] Archiv. de l'Aube, *lias.* 6 G. 9. — Le commencement de ce rouleau (une longueur de 80 centimètres) est particulièrement en mauvais état ; il y a plusieurs déchirures; ailleurs, il a été impossible de faire revivre l'écriture.

pede ipsius calicis quatuor gemme, duo pelles grossi; in cupa vero ejusdem calicis deficiunt... duo saphiri, unus *grenax* et unus esmerauda; et in patena septem parve gemme.

2. Item parvus calix aureus, cum patena..., in quo deficiunt quatuor pelles. *(Venditus.)*

3. Item duo calices argentei deaurati, cum....

4. Item magnus textus aureus, gemmatus, in quo deficiunt duo grossi pelles, duodecim gemme grosse et due modice, cum parte esmaillata, et deficit etiam parum de argento in circumferentia. *(Fuit reparatus.)*

5. Item due tabule camaei cum esmailliis de cupro, in quibus deficiunt, scilicet: in una earum duo camei et tres gemme; in altera vero deficiunt quatuor gemme.

6. Item alia tabula camaeorum esmaillata esmailliis de opere Lemovicensi. Unus magnus camaeus et unus minor et parum de argento in circumferentia deficiunt. (*Reparata fuit et nichil deficit.*)

7. Item alia tabula camaeorum, in qua deficiunt tres magni camei et parum de argento in circumferentia: que cum alia immediate precedenti refertur esse inventa eo tempore quo alias factum fuit Inventarium[1].

8. Item scrinius argenteus, in quo reperiuntur reliquie de sancto Fiacrio. Super quo scrinio reponitur et situatur quedam parva crux aurea gemmata, cum crucifixo esmailliato; in qua cruce deficiunt reliquie que in ea fuisse dicuntur, et in ea etiam deficiunt una magna esmerauda, tres pelles grossi et quoddam parvum frustum auri in quo quidem reliquie fuisse dicuntur; que crux.... In eodem scrinio reponitur quidam parvus scrinius, in quo sunt dicte reliquie

[1] Il s'agit de l'Inventaire qui a précédé celui de 1319.

sancti Demetrii; et una symia [1], in qua sunt reliquie de sancto Dyonisio.

9. Item quidam alius scrinius gemmatus deargentatus, in quo est quoddam vas rotondum cristallinum, in parte superiori et inferiori de cupro, in quo scrinio deficiunt octo gemme; in dicto vero vase, quod est cum firmatura, reponitur de Sudario Domini sanguinolento. *(Modo deficiunt XII gemme.)*

10. Item quidam scrinius deargentatus, in quo est quedam cassa cristallina, in parte superiori et in parte inferiori de auro cum gemmis; in qua cassa deficiunt quidam pes, unus camaeus et unus boutonnus aureus in parte superiori, et quedam gemma que vocatur *prassine;* in qua cassula sunt reliquie trium virginum de XI Millibus Virginibus.

11. Item aliud vas rotundum, argenteum deauratum, in quo sunt octo quadrature cum ymaginibus de B. Maria; in quo vase reponuntur reliquie beati Stephani, scilicet: de umnero, de craneo et maxillis (*Modo non sunt reliquie*); et in eodem vase repositur est quoddam parvum vas rotundum, cristallinum, gemmatum, in quo reponitur etiam de craneo beati Stephani; quod quidem vas parvum solebat reponi in quodam magno scrinio deargentato et quadrato.

12. Item quidam parvus scrinius eburneus, quadratus, in quo est quedam parva crux argentea, in qua est de ligno Domini, que crux reponitur in quadam bursa serica. Et in eodem scrinio reliquie de capite sancti Andree in quodam cendallo croceo. Alie etiam reliquie in eodem scrinio reponuntur in quodam cendallo croceo; et alie reliquie....

13. Item alibi quedam bursa viridis; in qua reponuntur reliquie de sancto Blieirio, de sancto Thimoteo, de sancto Symphoriano....

---

[1] Vase en forme de *cymoise* ou burette. *Cimia.*

14. Item scrinius rubeus, ferratus, in quo est quedam bursa.... in qua reponitur quedam parva bursa de panno aureo in qua est.... aurea parva, in qua reponitur de Sepulcro Domini.

15. Item quidam cristallus, in quo solebat reponi de brachio..., quod nunc reponitur in quodam vase argenteo.... desuper quamdam ymaginem tenentem crucem....

16. Item unus scrinius eburneus, quadratus, cum pedibus...; in quo reponuntur reliquie de sancto Laurentio, de sanctis.... Anthonio, de sancto Philippo apostolo, de junctura sancte Marie Egyptiace..., de petra super quam lacrymatus fuit Jesus coram Judeis, et etiam de sanct.... in vase cristallino.

Actum anno Domini millesimo CCC° decimo nono, die veneris post festum beati Remigii in octobri (5 octobre 1319), *presentibus venerabilibus viris dominis Aloer...; magistro Infantis, scolastico; Egidio, cellerario; domino Guillelmo de Columb..., Hugone de Villaribus, Johanne Motelli, canonicis dicte ecclesie, et Laurentio, aurifabro.*

17. Item quidam magnus scrinius deargentatus, quadratus; in quo reponitur brachium sancti Johannis Baptiste; brachium sancti Nivardi, Remensis; due pecie brachii sancti Laurentii; brachium sancti Attanasii, martyris; humerus sancti Pauli; de beato Appolinari, martire; digitus beati Clementis; junctura beate Marie Magdalene in quodam parvo scrineto argenteo ad pedes, et quedam topacio in parte superiori; dens beate Marie Magdalene in quodam vase cassidoneo, et posito in quadam bursa serica radiata; de capillis beati Johannis Baptiste in quodam parvo vasculo cristallino sub et supra deaurato.

18. Item quoddam vas argenteum ad modum tabularii, in quo est depicta ymago Crucifixi; in quo

sunt : dens beati Andree, apostoli ; quedam parva crux in medio gemmata, in qua reponitur de Cruce Domini ; in quo etiam reponuntur plures reliquie, de quibus fit mentio in circumferentia.

19. Item quoddam vas longum cristallinum, ornatum in parte superiori et inferiori de argento deaurato ; in quo reponitur de Cunabulo Xpisti.

20. Item puncta Clavi, qua perforatus fuit manus Xpisti, reposita in vase cassidonio, ornato inferius et superius de auro cum gemmis.

21. Item de capillis B. Marie Virginis, et de Tunica inconsutili Jhu Xpisti, et de velo beate Agates, in quodam vase aureo, ex utraque parte acuto.

22. Item de spinis Corone Domini, in quodam vase de cassidonio gemmato, ornato inferius et superius de auro, involuto in cendallo.

23. Item de Vestimento Domini, in quodam vase longo cristallino, in quo deficit pes et coopertura.

24. Item dens sancti Lazari, in quodam vase cristallino, ornato sub et supra de auro, ad modum poti, et gemmato.

25. Item junctura sancti Thome, apostoli, in quadam bursa serica rubea.

26. Item quedam bursa serica, in qua sunt littere testimoniales de capite beati Stephani et aliarum reliquiarum ; in qua bursa solebat esse, secundum vetus Inventarium, unum os cujusdam brachii, quod modo non invenitur.

27. Item costa sancte Ohuldis, in pannulo cendalli involuta.

28. Item quinque frusta de capite beate Margarete, in quadam bursa serica crocea.

29. Item brachium sancti Jacobi, apostoli.

30. Item crux argentea deaurata, cum pede argenteo deaurato, que fuit deffuncte Agnetis, comitisse; in pede cujus crucis deficiunt quidam.... et tres ymagines argentee. In qua cruce, secundum quod in veteri Inventario continetur, fuit petra de Sepulcro Domini, de sancto Nicolao, de sancto Andrea, apostolo, de sancto Johanne Baptista, de sancto Joseph ab Arismatica, de sancto Jacobo, fratre Domini, de sancta Lucia, de sancto Thadeo, apostolo, et de sancto Laurentio, martire.

31. Item scrinius argenteus, in quo est costa cujusdam Innocentis cum carne, reposita in bursa serica; in quo scrinio deficiunt duo pedes.

32. Item alius scrinius deargentatus, in quo sunt reliquie de sancto Quiriaco; in quo deficit quedam banda argentea.

33. Item scrinius argenteus, in quo est de lapide super quem Jesus fuit baptizatus in Jordane; deficit unus pes *à la morraille.*

34. Item alius scrinius argenteus, in quo est dens sancti Karauni, martiris.

35. Item duo annuli pontificales aurei, cum gemmis preciosis, repositi in quadam bursa serica.

36. Item alius annulus ferreus, qui fuit sancti Thome, Cantuariensis archiepiscopi, prout in veteri Inventario continetur.

37. Item quidam annulus aureus, cum saphiro, qui fuisse dicitur magistri Johannis de Montemauri.

38. Item quidam saphirus perforatus.

39. Item quedam gemma camaei, que cecidisse dicitur de magno textu.

40. Item quidam annulus argenteus. Et omnes isti annuli sunt repositi in quadam bursa de filo, exceptis

dictis tribus primis repositis in dicta bursa serica, ut est dictum.

41. Item quedam pixis aurea, esmaillata et gemmata, in qua consuetum est reponere Corpus Xpisti in die Cene ; in qua deficiunt due pelles.

42. Item quoddam vas argenteum, per quod coulatur vinum pro missa.

43. Item capellus comitis Henrici, cum pellis.

44. Item quedam cavicula de pelle, circumligata de auro.

45. Item pixis deargentata, in qua sunt reliquie santorum Crisanti, Darie, Marcelli et Petri.

46. Item alia pixis argentea gemmata, in qua sunt plures reliquie non nominate.

47. Item quoddam vas cristallinum gemmatum et auro ornatum, ad modum gabli ad pedes aureos, quod est repositum in pixide immediate.

48. Item magna crux aurea gemmata, cujus brachium sinistrum est fractum ; in qua deficit unus pelles.

49. Item duo candelabra argentea deaurata magna.

50. Item parva crux aurea gemmata, cum pede gemmato, quam dedisse dicitur dominus de Sancto Justo.

51. Item unus calix argenteus deauratus, cum patena argentea deaurata, quem dedisse dicitur dictus dominus de Sancto Justo.

52. Item duo candelabra argentea, que etiam dedisse dicitur idem dominus de Sancto Justo.

53. Item duo bacini argentei, cotidiani, qui, ut dicitur, fuerunt facti de tribus parvis bacinis argenteis, de quibus dictus dominus unum dedisse dicebatur.

54. Item alii duo bacini argentei, qui empti fuisse di-

cuntur ab executoribus magistri Stephani de Portu, quondam decani dicte ecclesie Sancti Stephani.

55. Item duo magni bacini argentei, in medio deaurati.

56. Item sex burete argentee, scilicet, due magne, due mediocre, et due parve; de quibus dictus dominus dedit duas.

57. Item quedam cassula aurea, esmaillata de opere Grecie, in qua deficit quoddam....

58. Item altare sancti Martini, ornatum gemmis et esmailliis; in quo deficiunt undecim gemme et duodecim pelles.

59. Item brachium sancti Saviniani, in quo deficiunt sexdecim gemme et pomum de argento; in quo brachio esse dicuntur reliquie de sancto Aigulpho, martire, de brachio sancti Stephani, pape et martiris, et alie reliquie in quodam pannulo croceo de serica.

60. Item aliud brachium sancti Jacobi, apostoli, deargentatum et gemmatum.

61. Item quoddam scrinium longum argenteum, in quo reponitur costa beati Thome, apostoli; in quo deficiunt quatuor pedes.

62. Item quedam tabula deargentata, in qua est magna pecia de Sepulcro Domini.

Item secuntur alie reliquie et alia jocalia que reponi solebant in Thesauro sancti Mauricii, que modo reponuntur in dicto Magno Thesauro.

63. Primo quidam potus cristallinus, ornatus in parte superiori de auro.

64. Item duo candelabra cristallina, ornata de cupro.

65. Item quidam calix de quodam viridi lapide, cum

pede et patena argenteis et deauratis; in qua pathena est quedam gemma que vocatur *cornelle* vel ischinus.

66. Item quoddam brachium deargentatum, ubi reponi dicuntur reliquie de sancto Flavito, confessore, et de sancta Ohulde.

67. Item altare deargentatum marmoreum, perforatum; in quo deficiunt sex gemme.

68. Item potus vitreus, habens coopertorium argenteum deauratum; in quo sunt due pecie de columpna Xpisti.

69. Item quoddam caput hominis de cassidonio.

70. Item quoddam vas de cassidonio, ad modum poti, ornatum superius et inferius de auro cum gemmis, in quo reponitur de costa Symeonis Justi et quedam alie reliquie; in quo vase deficit unus pelles et parum de auro.

Actum dicto anno, die sabbati immediate sequentis (6 octobre 1319), *presentibus dictis subdecano, scolastico, cellerario, et Hugone, ac domino Laurencio de Boissiaco, concanonico eorumdem.*

71. Item quedam fiala cristallina, ornata superius et inferius de argento.

72. Item parvum vasculum argenteum, in quo est de cilicio sancti Theobaldi.

73. Item quoddam parvum vasculum argenteum, in quo est de pulvere et vestimentis beati Dyonisii sociorumque ejus.

74. Item quidam trocus de cassidonio; in quo sunt reliquie sancti Prudentii, abbatis; et est ornatus desuper argento.

75. Item quedam pixis argentea, cum cathena argentea; in qua sunt reliquie de societate sanctorum martyrum Cassii, Florentis et Mal[losi].

76. Item bursicula argentea, cum cathena et nodulis argenteis, in qua sunt reliquie de sancto Florencio; in qua deficit unus nodulus argenteus.

77. Item quoddam vasculum de cassidonio, ornatum in media parte de auro cum gemmis, in quo sunt reliquie sancti Gregorii, pape.

78. Item duo vascula aurea, ad modum sigillorum, cum gemmis, in quibus sunt due sculte ymagines.

79. Item quedam buticula vitrea, in qua reponitur de pulvere sanctorum martyrum et prophetarum: de sancto Zacaria, patre beati Johannis Baptiste; de sancto Abraham; de sancto Jacob et de sancto Isaac; que buticula est superius argento deaurato cooperta.

80. Item in quodam scrinio ligneo ferrato, cum serra de cupro, reponuntur viginti quinque philaterie cristalline: quarum quedam sunt ornate argento et quedam non; in quibus sunt reliquie ignote.

81. In eodem scrinio reponitur quoddam vas, ad modum poti, de opere quasi Lemovicensi, in quo etiam sunt reliquie ignote.

82. Item quoddam cornu, ex utraque parte ornatum argento, in quo sunt reliquie ignote.

83. Item duo vasa cristallina, in quibus sunt coopertoria, scilicet: in uno eorum de argento albo, et in alio eorum de argento deaurato; in quibus sunt reliquie.

84. Item quoddam vasculum cristallinum, ad modum poti, ornati in apertura de argento, cum coopertorio cristallino; in quo sunt reliquie.

85. Item aliud vasculum cristallinum, ornatum de argento, in quo sunt reliquie.

86. Item aliud vasculum cristallinum, rotundum, cum collo gracili et coopertorio aureo, cum gemma de-

super ; in quo sunt reliquie. Quod quidem cornu, una cum quatuor vasculis predictis sequentibus dictum cornu, reponuntur in dicto ligneo scrinio ; cum reliquiis ignotis.

Actum dicto anno, die dominica inde sequenti (7 octobre 1319), *presentibus subdecano, scolastico, cellario, Hugone et Laurencio de Boissiaco supradictis.*

87. Item quedam crux argentea, deaurata et quatuordecim esmailleís esmaillata et gemmata, cum pede cupreo deaurato, que cotidie defertur ad altare, et facta fuit, ut dicitur, de quadam alia cruce, de qua fit mentio in alio veteri Inventario, scilicet in initio Inventarii Parvi Thesauri.

88. Item quedam cassula deargentata, in qua reponitur caput beate Agnetis, martyris et virginis ; in qua deficit argentum in circumferentia.

89. Item quoddam scrinium ligneum, deauratum, munitum cupro, cum serratura depicta ; in quo reponuntur reliquie infrascripte : primo quoddam scrinetum cristallinum, ornatum in ejus appertura de argento deaurato ; in quo sunt reliquie de sepulchro Domini, dens sancti Medardi, dens sancti Silvestri, et reliquie de sancto Blasio.

90. Item quoddam vasculum cristallinum, longum, cum parva ligatura argenti, ubi sunt reliquie de beata Lucia.

91. Item quoddam vas cristallinum ad modum piscis, cujus caput et cauda sunt de auro, cum quadam parvula cathenula ; in quo sunt reliquie de sancto Thimoteo.

92. Item quoddam vasculum cristallinum, in quo sunt duo foramina, in quibus sunt duo vascula argentea ; in quibus reponuntur reliquie de proprio lecto beate Virginis Marie, et reliquie de sancto Georgio.

93. Item quoddam cristallinum, ornatum duabus bandis aureis, cum parva cathena argenti, in quo sunt reliquie de capillis beate Marie Magdalene.

94. Item quoddam vasculum cristallinum, in quo est de corpore et vestimentis beati Servatii, Trajectensis episcopi.

95. Item quedam parvula pixis eburnea rotunda, in qua sunt reliquie de sancto Juliano, martire.

96. Item quedam filacteria argentea deaurata, et gemmata ab una parte, in qua sunt reliquie de beata Lucia.

97. Item quoddam vasculum de ambro, gemmatum, ornatum in superiori parte de argento deaurato, in quo sunt reliquie de beato Johanne Baptista; in parte inferiori non ornatum.

98. Item quoddam vasculum cristallinum, in quo sunt reliquie de sancto Symeone, argenteo.

99. Item quoddam vasculum de argento deaurato, in quo sunt reliquie de beato Avantino.

100. Item quoddam vasculum cristallinum, in quo sunt reliquie de sepulcro Domini et beate Marie, ejus matris.

101. Item quidam potetus cristallinus, ornatus de auro, et gemmatus in parte superiori; in quo sunt reliquie de sepulcro Domini, de columpna ad quam ligatus fuit et flagellatus, de petra sue Ascensionis, et de sepulchro beate Marie Virginis.

102. Item quoddam vasculum cristallinum, ad modum piscis, cum capite argenteo, qui caret cauda; in quo sunt reliquie de beato Laurentio.

103. Item aliud vasculum cristallinum, costatum, in quo sunt reliquie de lapide super quem Xpistus fuit baptizatus.

104. Item aliud vasculum cristallinum, in quo sunt reliquie de sancto Saviniano et de corpore sancti Crispiniani.

105. Item vasculum argenteum, in quo reponitur dens sancte Petralie, virginis.

106. Item aliud vasculum cristallinum, ad modum cujusdam parvi poteti, ornatum desuper argento deaurato, in quo sunt reliquie de sancto Nabore.

107. Item aliud parvum vasculum aureum, in quo est dens sancti Bartholomei, apostoli.

108. Item aliud vasculum argenteum, in quo est dens sancti Andree, apostoli.

109. Item quoddam manubrium de corallo, ornatum in parte superiori de argento, in quo sunt reliquie sanctorum martirum Johannis et Pauli.

110. Item quoddam vasculum argenteum, oblongum, in quo sunt reliquie de sancto Panthaleone.

111. Item quoddam vasculum argenteum, ad modum sigilli, in quo reponitur de Sudario Domini.

112. Item aliud vasculum argenteum, cum quadam cathena, in qua sunt reliquie de sancto Mauricio.

113. Item quedam parvula crux argentea, deaurata et in medio perforata, ad modum crucis, in qua sunt reliquie de ligno Sancte Crucis et Sepulcro Domini.

114. Item due burse crocee de cendallo et una de samitto rubeo, brodato de auro cum pellibus; in quibus reponuntur plures petie reliquiarum ignotarum.

Actum dicto anno, die lune ante festum beati Dyonisii (8 octobre 1319), *presentibus dictis subdecano, scolastico, cellario et Laurentio.*

115. Item quedam cassula deargentata esmailliata, de cupro, quadrata et gemmata, que solebat esse in ve-

teri Inventario Parvi Thesauri, in qua sunt reliquie: de vestimento sancti Johannis Baptiste, de vestimentis beate Marie Virginis et reliquie de sancto Georgio, martire, et de sancto Potentiano; in qua cassula deficiunt quatuor pomelli cuprei et due gemme.

116. Item quoddam scrinetum eburneum, quadratum et depictum, cupro munitum, in quo sunt reliquie de brachio et craneo beati Mauritii, martiris.

117. Item quoddam vasculum argenteum, ad modum burete, in quo sunt reliquie de beato Frodoberto.

118. Item due parvule cruces: una, scilicet, aurea, gemmata, et altera argentea, etiam gemmata; que sunt in quadam bursa serica crocea.

119. Item quedam parva crux de ambro, circumligata auro, in qua est sculpta quedam ymago Crucifixi, cum pede argenteo deaurato; que cruces, cum vasculo argenteo immediate precedenti, reponuntur in scrineto eburneo immediate precedenti (nº 116).

120. Item quoddam vasculum parvum, rotundum, aureum, in quo sunt reliquie ignote; quod repositum fuit cum aliis reliquiis ignotis.

121. Item quoddam vasculum argenteum deauratum, in quo sunt scripte littere illegibiles, in quo est quoddam os inclusum, quod repositum est cum reliquiis ignotis.

122. Item duo parva vascula argentea, quasi rotunda, in quibus sunt reliquie; que posita sunt cum reliquiis ignotis.

123. Item scrinium ligneum vetus, bandatum de cupro, sine serra, in quo reponuntur: due philaterie cristalline, auro ornate et gemmate; et alia philateria lignea, auro cooperta et gemmata, in qua deficiunt due

gemme et parum de auro in parte posteriori; item pomum de ambro, ornatum ornatura deaurata; item octo parve pecie argenti de ornaturis seu circumferenciis reliquiarum; item ampulla modica argentea, cum modicula cathena argentea, et modica columba argentea; item quedam parva bureta argentea, in qua reponi solebant reliquie; item duo pedes argentei duorum vasorum reliquiarum predictarum; item due philaterie cristalline, quarum una est ornata sub et supra de argento deaurato, et alia ornata est, in parte inferiori duntaxat, argento deaurato; item bureta parvula cristallina, ornata de argento; item parvum vasculum cristallinum, ornatum de auro, et duo alia cristallina vascula, ornata de modico argenti; item quidam parvulus potetus de cassidonio, ornatus sub et supra de argento deaurato, cum quodam manubrio parvo, cooperto de argento; item quedam ornatura aurea cujusdam vasis dictarum reliquiarum, scilicet, due bande cum summitate et extremitate, que fuerunt circumligatura reliquiarum; item una magna pecia tabule majoris altaris dicte ecclesie, cooperta de auro gemmato et esmaliis, in qua pecia deficiunt tres gemme et unus *esmaux*.

NOTA[1]. — Anno vicesimo, die sabbati ante Magdalenam (19 Juillet), presentibus decano, cellerario, et Hugone de Villaribus, canonicis Sancti Stephani, et domino de Sancto Urbano, repertum fuit quod, ultra id quod deficiebat in altari portabili marmoreo, die qua de eo factum fuit Inventarium, et defecerunt due gemme, due pelles, duo esmaillia longa aurea, et unum aureum ad modum scuti, cum auro quod erat in circumferentia dicti altaris tempore dicti Inventarii.

124. Item in magna cassa quadrata, ad duos pomellos de berillo, et ad sex ymagines a parte anteriori, de-

[1] Sur une bande de parchemin cousue à la marge de l'Inventaire.

ficiebat argentum quasi desuper et etiam in lateribus dicte casse.

125. Item alia magna crux lignea, cooperta in parte anteriori de auro cum gemmis et rotundis esmailliis, et cooperta a parte posteriori de argento deaurato; in qua deficiunt una gemma et unus pelles.

126. Item una crux deargentata, cum pede deargentato, que est parva.

127. Item unus Collectarius Missalis, coopertus de argento.

128. Item quedam cathena argentea, que facta fuisse dicitur ad sustinendum Corpus Xpisti desuper magno altari.

129. Item in summitate armaliorum dicti Magni Thesauri inventa fuit una pixis eburnea, rotunda, ornata de argento; in qua sunt reliquie ignote.

130. Item ibidem unus scrinetus eburneus, cupro ligatus, et vacuus, et due pisside eburnee vacue.

131. Item ibidem alia pixis eburnea, operata ornata de argento, cum tribus pedibus et serra de argento, perforata in parte superiori.

132. Item duo candelabra vetera eburnea, operata, existencia in summitate predicta.

133. Item tres tabule marmoree ibidem, ad modum altaris circumornate; et una earum est gemmata.

134. Item due tabelle argento circum ornate, et in medio ymagines eburnee, ad modum textoris.

135. Item alia tabula cooperta de argento, in qua deficit argentum in medio; et omnia ista, que in dicta summitate (nº 129) reperta fuerunt, reposita ibidem extiterunt.

136. Item quedam cassa lignea, cooperta ymaginibus eburneis; in qua reponitur de pulvere sancti Aven-

tini, confessoris, situata in altum desuper pecina altaris sancti Jacobi in Thesauro predicto.

Actum die martis in festo beati Dyonisii (9 octobre 1319) *anno predicto, presentibus dictis subdecano, scolastico, cellerario et Laurencio.*

IN PARVO THESAURO

137. Item in parvo thesauro ejusdem ecclesie quedam cassa deargentata, quadrata, cum ymaginibus de opere Lemovicensi, in qua deficit unus pomellus argenteus et unus pes cupreus et in circumferentia deficit argentum; in qua cassa reponitur caput sancti Altini, martiris, et de capite unius virginis de numero XI milium virginum, et de capite sancte Julie, virginis et martiris ; que cassa indiget reparatione.

138. Item alia cassa magna, quadrata, deargentata, cum sex ymaginibus in parte anteriori et duobus pomellis desuper de cristallo berillo; in qua deficit crista deargentata, et in coopertura deficit argentum, et indiget reparatione. In qua cassa reponuntur reliquie beati Felicis, pape et martyris, Beatorum Innocentium; item duo ova ostrucie, minuta, et nigellata de argento sub et supra, ad modum potorum : in quorum uno reponuntur reliquie de Cruce, de sanctis virginibus Rosa, Justina, Corona, et Patiencia, ac de sancto Ypolito; in alio vero reliquie de Tribus Magis.

139. Item quidam crux deargentata, gemmata et deaurata cum quinque roellis aureis et quodam esmaillio in medio; in qua deficit una gemma.

140. Item alia crux deargentata et gemmata, cum crucifixo, in qua deficiunt tres gemme.

141. Item alia filateria de opere Lemovicensi esmailliata et gemmata a parte anteriori, in qua sunt IV evan-

geliste et in medio una majestas; in qua sunt reliquie de beatis Vincentio et Sebastiano; in qua deficit una gemma.

142. Item quedam costa deargentata a parte anteriori et esmailliata, cum tribus gemmis, in qua sunt reliquie de sancto Leuconio et de costa sancti Hylarii.

143. Item quedam filateria deargentata, esmailliata et gemmata, cum uno cameo indo in medio, in qua reponuntur reliquie de sancto Benedicto et in ea deficiunt due gemme.

144. Item quidam piscis argenteus, ad cathenam argenteam, in quo reponitur de Virgis Domini, de pane Cene, et de reliquiis sancte Marie Virginis.

145. Item alia filateria deargentata, gemmata, ad tres parvas cruces, in qua sunt reliquie sancti Romani, martiris, et cujusdam virginis; in qua deficiunt quatuor parve gemme.

146. Item quoddam vas cristallinum, in parte superiori et inferiori ornatum de argento, in quo sunt reliquie de brachio sancti Saviniani, martiris.

147. Item quoddam vas longum cristallinum, ornatum in parte superiori et inferiori de argento, cum ligaturis argenteis in longitudine, in quo sunt reliquie de beato Vincentio.

148. Item pomum argenteum, rotundum, ad sex quarteria, in quibus sunt reliquie: scilicet in uno latere, de ruppe Xpisti; in alio, de beato Nicodemo, qui venit ad Jesum nocte primum; in alio latere, de Ligno Domini; in alio, de mensa Xpisti; in alio vero, de Sepulcro beate Marie Virginis; et in alio, de reliquiis beate Margarete et de vase in quo Xpistus lavit pedes discipulorum.

149. Item quedam filateria angulata, cooperta patenis aureis, gemmata a parte anteriori, in qua deficiunt

due gemme scilicet una grosseta et una modica; in qua sunt reliquie ignote. *(Nota.* Patenis, *lames.)*

150. Item quoddam parvum vasculum aureum, quadratum, cum quatuor grossis gemmis et quatuor parvis, in quo sunt reliquie de vestimentis beate Marie Virginis.

151. Item quoddam vasculum aureum parvum, esmailliatum ad modum pavonis, in quo sunt reliquie de Sepulcro Domini, et Sanctorum Innocentium.

152. Item quoddam parvum vasculum, factum ad modum cujusdam tabernaculi, gemmatum, cujus circumferentia est aurea et fundi sunt cristallini; in quo sunt reliquie de sancto Quintino et de sancto Cucufate.

Actum dicto anno die jovis ante festum beatorum Symonis et Jude, apostolorum (24 octobre 1319), *presentibus dictis subdecano, scolastico, cellerario, Hugone de Villaribus, et domino Johanne de Sancto Urbano, presbitero.*

153. Item quedam cassula argentea, cum ymaginibus, et quadam crista desuper, in qua sunt reliquie de tribus Magis.

154. Item scrinetus argenteus, cum ymaginibus, scilicet, militibus armatis, in quo sunt reliquie de sancto Benigno, de capillis sancte Cecilie, virginis, et de osse beati Urbani, martiris.

155. Item quoddam vasculum argenteum, rotundum ad modum pomi, nigellatum, in quo sunt reliquie de sancto Egidio, et de capite sancti Lupi, Senonensis, et alie reliquie ignote.

156. Item quoddam vasculum argenteum, rotundum, perforatum modicis foraminibus, in quo sunt reliquie de sancto Saviniano, Trecensi, et de beato Marco, evangelista.

157. Item quoddam parvum vasculum de cassidonio et in parte superiori de argento, in quo est dens sancti Lazari.

158. Item quoddam vas cristallinum, argento ligatum, et desuper argento coopertum, in quo deficit unus pes cristallinus; in quo sunt reliquie ignote.

159. Item quoddam parvum vasculum aureum rotundum, ad modum cujusdam parve pissidis, in quo est de pulvere sanguinis Xpisti consperso.

160. Item quoddam vasculum argenteum, ad modum sigilli, in medio cujus est quidam grossus lapis de cassidonio, in quo sunt reliquie beatorum Georgii et Xpistofori, martirum.

161. Item quoddam aliud parvum vasculum, sub et supra argenteum, et in medio cristallinum, in quo sunt reliquie ignote.

162. Item aliud vas cristallinum, ad modum ursi, cujus caput est argenteum, et per ventrem de argento cingulatum, in quo sunt reliquie beatorum Leonardi, Alexii, Columbani, confessorum, et sancte Gertrudis.

163. Item quedam philateria argentea, esmailliata, duobu sesmailliis ad modum duarum ymaginum circumornata, pellis pendens ad cathenam argenteam.

164. Item vasculum cristallinum, cum coopertorio argenteo, in quo sunt reliquie de dentibus sancte Genovefe, virginis.

165. Item quoddam vasculum cristallinum, ad modum galli, absque tamen rostro et cauda; in quo sunt reliquie de beato Johanne Baptista.

166. Item parvula crux argentea, pendens cum dicto gallo; in qua sunt reliquie ignote.

167. Item quedam philateria quadrata, gemmata et

deaurata, in qua reponuntur reliquie de sancto Petro, et in ea deficiunt due gemme.

168. Item alia philateria angulata et gemmata, cooperta de auro, in cujus medio est vultus cujusdam camaei rubei; in qua sunt reliquie de beato Nicolao.

169. Item quedam philateria rotunda, gemmata et auro cooperta, in qua est dens beati Stephani.

170. Item alia philateria ad modum crucis, gemmata et argento cooperta, in qua reponuntur dens sancti Andree, apostoli, et in ea deficiunt septem gemme et modicum de argento.

171. Item alia philateria argentea, gemmata et angulata, in medio cujus est quidam magnus lapis de cassidonio; in qua reponuntur reliquie de sanctis Ruffino et Valerio.

172. Item alia philateria argento cooperta et gemmata ad modum cujusdam losangie, in medio cujus est grossus lapis cristallinus; in qua philateria reponuntur reliquie de sancta Tecla, virgine, et in ea deficit una gemma.

173. Item quoddam vasculum rubeum de vitro seu corallo, ornatum sub et supra de argento, ad modum poti, in quo sunt reliquie de sancto Stephano, papa.

174. Item aliud vasculum modicum cristallinum, desuper argento munitum, in quo reponitur dens sancti Egidii.

175. Item quedam philateria argentea deaurata, ad modum pere, in qua sunt reliquie de sancto Thoma, Cantuariensi archiepiscopo martire, de oleo ejus, de stammina, de cuculla, de panno tincto sanguine ejusdem martiris.

176. Item alia philateria argento cooperta, cum ymagine angelica, in qua sunt reliquie de beato Remigio.

177. Item parva crux duplex argentea, cum ymagine Crucifixi ab una parte, et ymagine beate Marie Virginis ab alia parte; in qua sunt reliquie ignote.

178. Item quidam camaeus argento ornatus, in quo sunt reliquie de beato Laurentio et beata Agatha, virgine.

179. Item quedam philateria angulata, argento cooperta et gemmata, cum lapide cristallino in medio et quadam magestate a parte posteriori.

180. Item quoddam vasculum de cassidonio, ad modum burete, habens pedem et coopertorium argenteum, nigillatum, cujus ornatura est lacerata et indiget reparacione, involutum in cendallo croceo; in quo vasculo sunt reliquie de sancto Gregorio.

181. Item alia philateria de cassidonio, ad modum poti, habens coopertorium argenteum, in qua deficit pes argenteus; in qua sunt reliquie ignote.

182. Item alia philateria gemmata et argento cooperta, cum ymagine parva angelica deaurata, in medio; in qua sunt reliquie de sancto Lupo, et in qua deficit una gemma.

183. Item alia philateria ad modum crucis argento cooperta et gemmata, in qua sunt reliquie beatorum Celine et Damiani et Calixti.

184. Item alia philateria oblonga, gemmata et circumligata argento deaurato, habens unum latus de pelle et aliud de ametisto; in qua sunt reliquie de sancto Juliano, martire.

185. Item alia philateria argentea, deaurata, gemmata, in medio cujus est quedam crosilla concava; in qua sunt reliquie de capite sancte Agnetis, virginis et martiris; et in ea deficit una gemma.

186. Item quoddam vasculum aureum, parvum, rotun-

dum et gemmatum, cum uno esmaillio ab una parte; in quo deficit una parvula gemma et in quo sunt reliquie de capite sancti Abrahe.

187. Item aliud vasculum cristallinum, sub et supra argento ornatum, in quo sunt reliquie de tabula Sepulchri super quam jacuit Corpus Xpisti.

Actum dicto anno die veneris ante dictum festum beatorum Symonis et Jude, apostolorum (*25 octobre 1319*), *presentibus dictis subdecano, cellerario, Hugone de Villaribus et Johanne de Sancto Urbano, presbitero.*

188. Item quidam corallus rubeus, ad modum manubrii, argento desuper ornatus, in quo sunt reliquie sanctorum Johannis et Pauli, martirum.

189. Item quoddam vasculum cristallinum, cum coopertorio argenteo, deaurato et gemmato, in quo sunt reliquie de lapide super quem stetit Jhus cum dedit legem Moysi, et etiam alique reliquie; in quo vasculo deficiunt tres gemme.

190. Item aliud vasculum cristallinum, cum coopertorio argenteo, deaurato, in quo sunt reliquie de beato Johanne Baptista.

191. Item aliud vasculum argenteum, ad modum cujusdam pixidis, in quo sunt reliquie de beato Marco, evangelista, et de brachio beati Pancratii.

192. Item quidam parvulus piscis cristallinus, cum cauda, coopertorio et ligatura aureis, et parvula cathena argentea, in quo sunt reliquie de capillis Beate Marie.

193. Item quoddam vasculum cristallinum rotundum, argento circumornatum, infra quod est quedam crux; in quo vasculo sunt reliquie de beato Lupo, et de vestimentis Beate Marie.

194. Item aliud parvulum vasculum cristallinum, cum coopertorio argenteo, in quo sunt reliquie ignote.

195. Item aliud parvulum vasculum aureum, gemmatum, in medio cujus est quidam camaeus; in quo sunt reliquie de beato Jacobo, apostolo.

196. Item aliud vasculum cristallinum, ad modum cujusdam poteti, cum coopertorio argenteo, in quo sunt reliquie de sancto Claro.

197. Item aliud vasculum cristallinum, ad longum collum, cum coopertorio argenteo, in quo sunt reliquie de beato Matthia, apostolo, et de beata Lucia, virgine.

198. Item aliud vasculum cristallinum, ad modum cujusdam beschieni[1], in quo sunt reliquie de Sepulcro Domini.

199. Item aliud vasculum cristallinum, in parte superiori fractum, cum coopertorio argenteo et parvula cathenula argentea, in quo sunt reliquie de beato Martino, episcopo.

200. Item quoddam parvulum vasculum cristallinum, sub et supra ornatum de argento deaurato, et per latus ligatum de argento, in quo sunt reliquie de capillis sancte Margarete.

201. Item quoddam vasculum argenteum, ad modum cujusdam saboti, in quo sunt reliquie de Tribus Magis.

202. Item aliud vasculum longum cristallinum viride, sub et supra argento ornatum, et in lateribus argento ligatum, in quo sunt reliquie de brachio Helysei, prophete.

203. Item aliud vasculum viride lapideum, in quo est quedam ymago beate Marie Virginis a parte posteriori, et in circumferentia argento deaurato ornatum; in quo sunt reliquie de beato Johanne Baptista.

---

[1] La lecture des mots *beschieni* (n° 198) et *saboti* (n° 201) n'est pas douteuse.

204. Item aliud parvulum vasculum viride vitreum, cum coopertorio argenteo, in quo sunt reliquie de costa beati Eutropii, et est fractum a parte inferiori.

205. Item aliud vasculum cristallinum, cum ligatura et coopertorio de argento, in quo sunt reliquie de oleo beate Katherine.

206. Item aliud vasculum cristallinum, ad modum piscis, cujus cauda deficit, et est caput argenteum deauratum; in quo sunt reliquie de beato Lupentio, martire.

207. Item aliud vasculum, ad modum parvuli piscis, sine cauda, ad caput argenteum deauratum; in quo sunt reliquie de beato Ciricio, martire.

208. Item aliud vasculum argenteum, ad modum sigilli, in medio cujus est cristallus concavus, in quo sunt reliquie de beato Blasio, martire.

209. Item quedam philateria oblonga, ad modum sigilli, argento cooperta, in qua sunt reliquie de sancto Germano et sanctis Agnete et Margareta.

210. Item alia philateria oblonga, quinque gemmis gemmata, ad modum losangie.

211. Item alia philateria quinque gemmis gemmata, argento cooperta, ad modum crucis.

212. Item aliud vasculum cristallinum, ad modum poteti, cum coopertorio argenteo, deaurato, in quo sunt reliquie de sancto Bercario, abbate et martire.

213. Item aliud vasculum cristallinum, ad quatuor pedes de se ipso, cum coopertorio de argento, in quo sunt reliquie ignote.

214. Item aliud parvulum vasculum cristallinum, fractum in parte inferiori, cum coopertorio argenteo, in quo sunt reliquie de beato Johanne, evangelista.

215. Item quedam crux lignea, argento cooperta et gemmata, in qua sunt reliquie de camisia sancti Mauritii, et alie reliquie.

216. Item magnum altare portabile marmoreum, in circumferentia deauratum et gemmatum, cum esmailliis; in quo deficiunt quinquaginta due gemme, septem pelles, novem esmaillia aurea, et deficit satis de auro in circumferentia.

217. Item crux deargentata et deaurata ac gemmata, cum quodam saphiro seu cassidonio grosso in medio, que crux solet penderi ad dictum altare (n° 216), et est ligatus dictus saphirus seu cassidonius de argento per medium; in qua cruce deficiunt due gemme et parum de argento, et in ea sunt reliquie de beatis Egidio, Luppo Senonensi, et Leonardo.

218. Item psalterium litteris aureis scriptum, quod nuncupatur *Psalterium Comitis*, coopertum de argento et in medio ebore ab utraque parte; in quo deficit argentum et omnes gemme deficiunt, preterquam una parva rubea gemma.

219. Item due tabule esmailliate, cum ymaginibus argenteis deauratis: quarum una est gemmata et in ea deficiunt tres gemme et deficit argentum in circumferentiis; et deficiunt etiam in medio alterius earum capita duarum ymaginum, et de argento alibi in dictis ymaginibus.

220. Item liber Evangeliorum, coopertus de argento et esmailliatus, in quo sunt ymagines argentee Crucifixi, beate Marie et sancti Johannis, ab una parte, et quedam majestas ab altera parte.

221. Item alia tabula argento cooperta in circumferentia; deficit argentum totum in medio et etiam deficit de argento in circumferentia.

222. Item anseellus argenteus magnus ad aquam benedictam cum ysopo deargentato; in quo deficit quidam annulus ad quem pendebat dictus ysopus.

223. Item navicula argentea ad thus reponendum.

ITEM PENES CLERICOS THESAURI

224. Primo due tabule esmailliate de opere Limovicensi, circumornate argento et gemmate gemmis modicis, in quibus deficiunt sexdecim gemme; in quarum tabularum una est impressa ymago Crucifixi, et in alia ymagines Sepulcri.

225. Item tres tabule cooperte ymaginibus eburneis in medio, et ornate in circumferentiis de argento, in quibus deficit argentum in circumferentia, et indigent reparatione.

226. Item unus Epistolarius, coopertus de argento, cum ymagine sancti Stephani in una parte, et ymagine sancti Pauli ex altera parte; in quo deficit modicum de argento, et deficit loquetus argenteus cum quo claudi solebat.

227. Item liber Evangeliorum, argento deaurato coopertus et ab utraque parte gemmatus, in quo sunt ab una parte ymagines argentee Crucifixi, beate Marie et beati Johannis, evangeliste, et ab alia parte quedam majestas argentea; et deficit argentum in pluribus locis in circumferentia, et loquetus argenteus cum quo firmari solebat.

Actum dicto anno die sabbati ante dictum festum beatorum Symonis et Jude, apostolorum, (26 octobre 1319) presentibus dictis..... subdecano, cellerario, Hugone de Villaribus ac domino Johanne de Sancto Urbano.

228. Item quidam aries argenteus, in quo sunt reliquie de sancto Blasio, cum parva cathena argentea; in quo ariete deficit una auricula.

229. Item quoddam vas cristallinum, ad tres pedes de se ipso, ad modum poti, cum coopertorio argenteo desuper perforato, in quo erat quedam cedula infra scripta : « sancti Pancratii; Philippi, apostoli; sancti Andree, apostoli; Projecti, martiris; sancti Thome, apostoli; de auro Regum; de clavo Domini; sanctorum Fabiani et Sebastiani, martyrum; sancti Jacobi. » Sed nunc reperti fuerunt due reliquie in ossibus, quidam parvulus annulus aureus, et quidam parvulus annulus ferreus.

230. Item quedam cassula quadrata argentea, in qua sunt reliquie ignote, et est facta ad modum scrineti sine pedibus, et est fracta.

231. Item parvus scrinetus quadratus, cupreus deargentatus, ad quatuor pedes deargentatos, in quo sunt reliquie ignote cujusdam sancti vel sancte, argento circumligate.

232. Item brachium deargentatum et gemmatum, in quo sunt reliquie de sancto Laurentio et Nivardo, habens annulum argenteum deauratum in digito; in quo brachio deficit una gemma.

233. Item quedam tabula argento cooperta, cum ymaginibus, ad modum textus, in medio cujus sunt reliquie de Cruce Domini, habens coopertorium coulacium... in quo deficit argentum et deficiunt due gemme. *(Nota.* Coulacium, *colaise, à coulisse.)*

234. Item duo magna thuribula argentea et unum parvum etiam argenteum.

Actum predicto anno die jovis ante yemalem festum beati Martini, episcopi, (8 novembre 1319), presentibus dictis subdecano, cellerario, et Hugone.

235. Item paillius, qui vocatur *paillius Comitis,* de samitto, cum ymaginibus deauratis de opere sarraceno.

236. Item duo paillii pares ad leopardos.

237. Item duo alii pares ad aves de opere de aresto.

238. Item duo alii pares rubei ad talenta deaurata.

239. Item duo alii pares ad parvas aves et ad *compas* deauratos.

240. Item duo alii indi coloris ad magnos leones deauratos.

241. Item duo alii pares ad rosetas et calcaria deaurata.

242. Item duo alii pares adurini coloris ad lilia deaurata.

243. Item duo alii pares ad gripones cum ymaginibus regum.

244. Item duo alii pares ad ymagines beate Marie.

245. Item duo alii ad ymagines Crucifixi.

246. Item alius pallius ad parvas aves deauratas, quarum avium quedam habent capita alba et quedam capita rubea.

247. Item alius pallius seminatus de picis.

248. Item alius pallius ad ymagines mulierum deauratas, existentes supra leones.

249. Item alius pallius ad scuta radiata cum rosetis.

250. Item alius pallius ad arbores, et aves desuper, deauratas.

251. Item alius pallius ad ymagines Regum deauratas, tenentes in manibus duos pavones.

252. Item alius pallius ad ymagines deauratas super equos, tenentes quamdam avem in altera manuum suarum.

253. Item alius pallius ad viperas et aves deauratas.

254. Item alius pallius yndi coloris ad ymagines beate Marie, sedentis in cathedra et tenentis Filium suum.

255. Item alius pallius ad parvos gripones deauratos, existentes in circulis rotundis.

256. Item alius pallius ad duos pisces deauratos.

257. Item alius pallius ad majores gripones, partitos de auro et croceo.

258. Item alius pallius ad ciconias bibentes in quodam poto.

259. Item alius pallius ad gripones parvulos, partitos de croceo et auro.

260. Item alius pallius yndi coloris ad gripones, existens super cassam beati Avantini.

261. Item alius pallius de samitto yndo, melior aliis, ad leones de auro brodato.

262. Item duo pallii pares nigri coloris ad lilia crocea et calcaria alba.

263. Item duo pallii pares ad aves parvas croceas, brodatas de armis Francie, Campanie et Navarre.

264. Item alii duo ad magnos gripones albos, existentes circa majus altare.

265. Item alius croceus pallius existens super majori altari, ad parvos gripones croceos.

Et summa dictorum palliorum XLV.

266. Item super et ante altari parvo, retro majus altare, duo panni nigri cendalli.

Actum, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo die veneris post Quasimodo (11 avril 1320), presentibus dictis cellerario, et Hugone de Villaribus, ac Adeneto, clerico Thesauri, et ejus socio.

267. Item infula, tunicla et domatica rubei coloris ad parvas aves aureas, cum arboribus, forrate de viridi cendallo.

268. Item alie infula, tunicla et domatica ad compassus, cum parvulis avibus aureis, existentibus in cumpassibus, fourrate de cendallo viridi; et una tunicla ac domatica ejusdem panni, non fourrate.

269. Item infula, tunicla et domatica, ondate de auro et argento, fourrate de cendallo rubeo.

270. Item infula diaprata de samitto albo, cum tunicla et domatica de samitto albo, seminatis de rosetis et calcaribus, ad dies cotidianas.

271. Item infula, tunicla et domatica de samitto yndo, ad dies cotidianas.

272. Item infula, tunicla et domatica de samitto rubeo, ad dies cotidianas.

273. Item infula de samitto rubeo ad aves aureas, pellis modicis circumdatas.

274. Item vetus tunica de samitto rubeo, seminata talentis et crescentibus, que est pro festo Fatuorum.

275. Item domatica de panno serico ad magnas aves, existentes in magnis circulis.

276. Item *tunicla Comitis* nigra, radiis indis radiata.

277. Item *domatica* ejusdem *Comitis*, de samitto indo, radiata radiis de samitto albo.

278. Item tunicla ad pectines et canes aureos.

279. Item tunica deaurata ad aves indas, ad modum oistardarum.

280. Item tunicla et domatica de samitto fusco ad moletas aureas.

281. Item tunicla infula et domatica ejusdem panni de samitto rubeo bono.

282. Item infula, tunicla et domatica de samitto albo, diaprato ad aves in circulis.

283. Item infula de samitto rubeo cum cherubim et seraphim, seminata parvis moletis albis, et fourrata de cendallo croceo.

284. Item infula de samitto indo, fourrata de cendallo rubeo, et seminata de trifolio aureo, cum gemmis parvis in pectore.

285. Item infula que vocatur sancti Martini, de samitto croceo, brodata de auro per totum.

286. Item infula, tunicla et domatica de samitto croceo, pro Confessoribus.

287. Item infula de samitto rubeo ad aquilas et alias parvas aves aureas.

288. Item tunicla et domatica de samitto rubeo ad parvas aquilas aureas, habentes duo capita.

289. Item tunicla et domatica de samitto rubeo ad gripones magnas aureas, in circulis existentes.

290. Item infula, tunicla et domatica de samitto fusco, fourrata de cendallo rubeo.

291. Item infula viridis de opere *de tartaire*, seminata tourtellis aureis.

292. Item tunicla et domatica virides de tartareo viridi.

293. Item infula de samitto nigro diaprato, seminata moletis et parvis talentis aureis, et in pectore ac tergo gemmata et brodata pellis; in qua deficiunt octo gemme.

294. Item infula de samitto viridi, quasi croceo.

295. Item infula rubei coloris ad viperas aureas.

296. Item infula de samitto croceo, diaprata.

297. Item due infule de cameloto nigro.

298. Item infula, tunicla et domatica pro mortuis, de samitto nigro, seminate de liliis croceis, et moletis albis.

299. Item alia infula de samitto nigro pro mortuis, cotidiana.

300. Item tria paramenta inda ad albas, brodata et seminata de armis Francie, Navarre, Campanie et Anglie.

301. Item unum paramentum ad albam, brondatum cum ymaginibus de vita Joseph.

302. Item aliud paramentum de samitto rubeo, brodatum cum ymaginibus de Annunciacione et Apparicione Domini.

303. Item aliud paramentum de samitto rubeo, brodatum cum ymaginibus Apostolorum aureis.

304. Item aliud paramentum de samitto indo, brodatum de Apostolis aureis, cum litteris suorum nominum.

305. Item tria paramenta de paillio ad bestias in circulis existentes.

306. Item aliud paramentum de samitto rubeo ad leopardos et gripones aureos brodatos.

307. Item tria paramenta cotidiana de aresto.

308. Item tria de cendallo nigro, pro mortuis, ad lilia crocea et moletas albas.

309. Item tres stole, quatuor manipuli, quinque collerii et sex poigneti de samitto indo et brodato, ac seminato de armis Francie, Anglie, Campanie et Navarre; et sunt omnes fourrate de cendallo rubeo, preterquam unus dictorum manipulorum qui fourratus est de cendallo quasi indo.

310. Item stola cum manipulo et sex poingnetis, brodatis de auro, ad ymagines de Annunciacione et Apparicione Domini, fourrate de cendallo viridi.

311. Item stola et manipulus de samitto rubeo ad ymagines brodatas de Nativitate Domini et fourratas de cendallo viridi.

312. Item collerius et duo poingneti de samitto rubeo ad ymagines brodatas.

313. Item duo collerii de samitto rubeo ad ymagines Apostolorum brodati, cum collerio de samitto indo ad ymagines Apostolorum.



314. Item alius collerius de samitto rubeo brodato ad parvulas rosetas et alias impressuras.

315. Item due stole, tres manipuli, brodata ad losangias de opere Anglie.

316. Item stola et manipulus de serico ad lilia aurea et castra argentea, et in fine de ymaginibus beatorum episcoporum.

317. Item stola de panno aureo *d'orfrois*, fourrata de cendallo rubeo, cum manipulo de eodem.

318. Item stola et manipulus de samitto nigro, brodata de ymaginibus Cherubim et Seraphim in fine, et medio de crescentibus et rosetis.

319. Item duo collerii de samito nigro, brodati ad cruces et bestias ac alias impressuras; in uno quorum sunt pelles, et deficiunt in eo plures gemme.

